

Jul. 20. In curte Lemennis. Aistulf rex confirmat, Benedicto presbytero petente, praeceptum Ariperti regis, quo ecclesiae S. Laurentii Bergomati casam tributariam loco Calcinatæ sitam donaverat, donatque eidem ecclesiae 'omnes scuvies et utilitates quas homenis exinde in puplico habuerunt consuetudinem faciendum. Acto . . a. regni VII, per ind. VIII'. Ex autogr. arch. cath. Berg. ed. Lupi I, 437; Fumagalli, Ist. dipl. I, 228; Troya 693; Hist. patr. mon. XIII, 15. **258**

Aug. In Griciano. Rotchaldo 'havitator in Gliciano' donat ecclesiae S. Fridiani diversa praedia, ea ratione ut sibi dum vivat ususfructus remaneat. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 30 no. 50; Troya 695. **259**

Aug. In Griciano. Gaiprand 'quia in exercito ad Francia iteratus est ambulandum' donat ecclesiae S. Frigidiani loco Griciano sitae casam cum rebus appertinentibus exceptis duabus petiis terrae, usufructu sibi reservato. 'Anno regni octavo' (l. septimo), 'ind. octava'. Ex autogr. arch. archiep. ed. Muratori, Ant. V, 627; Brunetti I, 559 no. 51; Barsocchini V, 2, 31 no. 51; Troya 696; cf. Oelsner, Pippin p. 446. **260**

Sept. In Vico (Morianò). Cleonia donat ecclesiae S. Cassiani medietatem ususfructus ab Ostriperto domno suo sibi donati et tertiam portionem omnium rerum quas per morgincaph acceperat. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 87 no. 48; Barsocchini V, 1, 32 no. 52 quaedam emendat; Troya 697. **261**

Sept. (Lucae). Charta qua inter Walprandum episcopum et Alpertum ducem res Ariperti pictoris cum curte regali commutatae sunt, a. 754, Iul. 12. facta, deperdita, iussu Aistolfi regis renovatur. Bertini IV, 1^b, 84 no. 47; Troya 685. **262**

Nov. Ad S. Caesarium in Sabinensi territorio. Teuto episcopus (Reatinus) concambiat cum Fulcoaldo abbate (monast. Farfensis) casalem qui nominatur Iuvianus cum ipso colono Herfulo in eodem residente. 'Regn. d. n. Haistulfo . . a. regi VII. et v. m. Probatu gast. civ. Reat. . . per ind. VIII'. (l. VIII). Reg. Farf. 42; Assemani III, 417; Galletti, Gabio p. 19 n.; Troya 698. **263**

749—756.

* — Aistulfus rex donat, petente Lopecino episcopo per Giseldrudam reginam, Mutinensi ecclesiae curtem quae dicitur Zena. Ex apogr. mutilo monast. S. Petri Mutin. ed. Muratori, Ant. II, 151; Troya 656; Tiraboschi I, 236 praeceptum spurium iudicat. **264**

— 'Aistulf rex per suum cessionis preceptum donavet et confirmavet ecclesiam et monasterio S. Petri fundato a quondam Sumuald prope muro' Lucensis 'civitatis cum